



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

79. An sit laudabile Missam Defunctorum, & Officium sibi applicari,
decantari, & exequias celebrare, quasi ipse mortuus sit? Ex p. 5. tr. 13. &
Misc. 1. res. 2. p. 42.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

vene cum supradictis DD. quibus adde Fraxinellum
de oblig. Sacerd. sect. 8. concl. 6. §. 5. n. 1. & 2.

RESOL. LXXIX.

An sit laudabile Missam defunctorum, & officium sibi applicari, decantari, & exequias celebrare, quoniam ipse moriuitus sit? Ex part. 5. tract. 13. & Miscell. 1. Resol. 2.

Sup. hoc in
tom. 4. tr. I.
Relat. 25.
§. Sed hic
obiter.

S. i. **D**E hoc casu olim interrogatus fui ab Excellentissimo Duce Alcalense huius Regni Protago; & morem hunc in Lotharingia vigere testatur Lucas Pinellus de *Missa part. 2. cap. 7. sub. 3.* quem ipse defendit, atque etiam tuerit ac laudat Bartholomaeus à S. Fausto de Sacram. Eucharist. lib. 2. quæst. 148. ne forte postea hæredes, ut sepe fit, negligentes sint in huiusmodi suffragiis faciendi. Hinc ex eadem ratione motus Laurentius de Pleytinis in priuileg. *Minim. tom. 3. cap. 1. num. 21.* docuit licere aliqui facere sibi celebrati officium, & Missam defunctorum dum vivit; & de Missa docet etiam Narratus tom. 1. lib. 3. confil. de celebrat. Missarum, conf. 6. Homobonus in exam. Ecclesiast. part. 1. tract. 3. c. 14. quæst. 127. Zetoli in praxi Episcoporum, part. 2. vers. Missa, quibus addit Barbofam in collect. Doctorum ad Concil. Trid. sess. 22. c. 3. n. 8. qui tamen limitant hanc sententiam, modò in Missa non dicantur illæ orationes, quæ supponunt aliquem esse iam mortuum, vt Oratio, *Inclina Domine, in qua habentur haec verba, quam de hoc saeculo migrare iussisti;* & hoc ne mendacium committatur. Sed hanc limitationem non esse necessariam, purat Faustus loco citato, quia etiam in Missis de Requiem, quæ dicuntur pro iis, qui iam sunt in Purgatorio, dicitur in Officio Missæ, ne cadant in obscurum, ne absorbant eas variariorum. In qua oratione Ecclesia orat, ne animæ defunctorum ad penas ignis detrundantur, cum tamen illæ iam in eodem igne sint; & tamen dum sic orat, nullum mendacium committit, quia ne committatur, sufficit quod Ecclesia repræsentet illas animas Christo ac si tunc essent agonizantes, & pro iis orat, vt a Purgatorij penitis liberentur. Sic etiam in casu, de quo loquimur, ut veritas salua persilit, sufficit si Sacerdos oret pro viuis, & repræsentet eos Christo Domino, ac si iam essent mortui: modus autem anticipatè loquendi visitatissimus est in sacris Scripturis.

2. Verum ego contrarie sententiae adhærendum esse puto, quam tuctu Layman lib. 5. tr. 5. cap. 2. n. 15. vbi sic ait. Talem confuetudinem nullo modo introducendam arbitror, sed potius tollendam si introducta est, tum quia ritibus, & ordinatione Ecclesie Romanæ conformis non est, tum quia non video quam utilitatē talis sacrificandi modus habere possit. Nam ex sacrificio duplex potissimum fructus prouenient soler, vnu est ex opere operato & infallibilis, quatenus oblatio sit in Christi persona, & hic fructus statim prouenit ei, pro quo offertur, si capax est, nec potest in futurum suspidi; consequenter eiusmodi sacrificia non liberabunt hominem a Purgatorio, si contingat cum post mortem reum esse, sed solum conferent ad remissionem poena temporalis consequendam, dum vius est, cuiusmodi fructus etiam quis per alii sacrificia similiter consequi potest. Alter est fructus, qui per modum imprecatiōnis prouenit, quatenus cum sacrificio iuncta sunt Ecclesia suffragia, sive preces, & haec quidem secundum propriam tum institutionem, tum significacionem referuntur ad solos mortuos, vt non nisi impropter, & imperit, ne dicant superstitiosi, viuis applicari possint. Accedit quod Sacerdos in

his suffragis propria sua intentione, non possit mutare intentionem Ecclesie. Intention autem Ecclesie est, ut Missa, quæ dicitur de Requie & Officium funebre dicatur pro mortuis; nam ad eum finem collectæ & preces factæ sunt: ergo inutiliter, & infraetsos, ne dicant superstitiosi, dicuntur pro viuis, quippe præter, aut contra Ecclesiæ intentionem; & hæ sunt rationes, quas pro sua firmanda sententia adducit *vbi supra Layman*, quam ego libenter feci, & docet etiam Fraxinellus de Sacerd. obligat. sed. p. 4. prem. 4. liet male pro hac sententia Naumann adducat.

3. Restat modò respondere ad argumentum Fausti & Peyrini. Dico igitur ad vitandam negligentiam hæredum posse viuos sibi applicare Missas de Sanctis, Missas pro remissione peccatorum, &c. qua quidem Missæ fuerunt ab Ecclesiâ pro viuis institutæ, & non Missæ de Requie, qua ex institutione, & significatione ad solos mortuos referuntur, hoc enim est de directo contraria re ritibus Ecclesiæ Romane, & confundere eius ordinationes; diuersi enim officia & Missas ipsa instituit & assignauit pro viuis, & pro defunctis.

4. Nec exemplum adductum à Fausto de illis ve-
bis, quæ in Missa de Requie dicuntur, Ne cadat in phe-
scurum, ne absorbeas Tartarus, &c. valer in fu-
oriem sententia, quam reprobamus, nam in illis
verbis Sacerdos se accommodat sensu instituto, &
intentioni Ecclesiæ, quæ sic illam Missam pro im-
mortuis ordinavit, & instituit. At in nostro casu si
sacerdos ageret contra institutionem, & motus intentionem Ecclesiæ, nam eius intentio est, ut Missa de Requie dicatur pro mortuis, & ad hanc finem preces & collectas composuit, pro viuis autem alia sacrificia ordinavit, ergo, &c. Vnde contra Nasar. & aliis oī
suprà, eriamus in Missa de Requie non dicere oratiō,
Inclina Domine, ut mendacium evitatur adhuc
ex rationibus adductis dicendum est pro viuis mis-
sam de Requie celebrare permitterendum esse.

5. Nota tamen quod post haec scripta inventi
Franciseum de Nigro in addit. ad Ruz. p. 173. 177.
hanc questionem perratare; & pro sententiis quin
ego suprad dictum cum Lymar., adducere etiam Pau-
lum de Sacram. Miss. lib. 2. dif. 4. q. 1. n. 2. & P. Tu-
marchi; & ideo ita omnino tenendum esse puto.

RESOL. LXXX.

*An Missa Regularibus concessa possit ab aliis dei in
ipsorumnummet Regularium Ecclesiis?
Et quid de Missa Sanctissimi Rosarii? Ex p.2. u.14.*

Et quid de N
Resol.74.

S. I. **N** Egatiū sententiam docui in cſu Miff. S. prima vice, nobis concessæ de B. Andrea contra nonnullos Theologos, ut infra, in tr. Miss. videri potest; & ita declarasse factam Rituum Congregationis die 19. Novembris, 1622. restatur nouissimè Gauantum in comment. ad Rubr. Miss. com. p. 2; iii. 10. n. 16. qui etiam p. 4. tit. 15. n. 11. notat, quid vbi celebratur festum sanctissimi Rosarij ex Decreto Greg. XIII. ne dicatur ea Miffa, que nomine Rosarij confundetur, quia concessa tantum Ordini Predicantium à sacra Rituum Congregatione die 25. Ionij 1622. & prohibita fuit aliis, eodem die, sed h[ab]it Miffa vt in festo sancte Matie ad Nives, quod obseruat in æde Lauretanæ ex Synodo Diocesana 1626. vel in Natiuitate, mutato nomine in Festiūtatis, quod si Bononie, sed illud prius magis placet. Ita Gauantus